

li Proveditori sora le camere, azio con balotation de Collegio se pagi li ditti fanti, sotto pena a li recatori non manderano etc., *ut in parte*.

Et sier Piero Mozenigo l'avogador andò in renga, contradisse dicendo non da metter questa angaria a villani che è stà nostri fedelissimi, basta che i paga le zente d'arme, che *etiam* darli da pagar li fanti.

Et li rispose sier Francesco Soranzo savio a Terra ferma, diendo non è angaria nuova, et fin 1517 la fo posta, et il sorabondante fin 1527 fo mandà a li Procuratori, et per tal conto si ha hauto da ducati 12 milia, et che non è il modo de pagar li fanti se non questo. Et il principe lo aiutò. È bona parte etc.

Et andò poi sier Filippo Trun l'avogador, et dannò dar questa angaria a li territori, et più quel capi è stà posti in le tere perchè eavarli adesso per meter colonelli? etc.

Et li rispose sier Marco Antonio Corner, quier Polo savio a Terra ferma, laudando l'opinion dil Collegio. Andò la parte: 25 non sincere, 88 de no, 111 de la parte. Iterum balotato: 23 non sincere, 28 de no, 92 de la parte; nulla fu preso; anderà un altro Conseio.

Da Milan, vene lettere di . . . , con avisi di Ratisbona, le qual non fo lete.

Et fo principiato le balotation et scrutini, li qual tolli saranno qui avanti posti.

24 *Supplicatio pro sepultura impetranda Michaelis Goysmerii trucidati XV aprilis Pavavii.*

Illustrissime Dux, clarissimique patres.

Unica spes et praesidium miserae mihi viduae superstes. Nulla est omnium qui vivunt hodie mulierum miseror me, aut infelior. Tanta calamitas, tantum infortunium repente miseram me circumvallavit et oppressit. Neque quisquam est, o misera me, quem mei misereat, aut qui curam mei gerat. In vobis, o benignissimi patres, in solis vobis omnis mihi spes gratiae ac misericordiae reliqua est. Interfectus est, heu misera, mihi, die Lunae proxima sub auroram vix dum indutus aut e cubiculo progressus charissimus Maritus meus, militiaeque vestrae stipendiarius Michael Geysmerius. Interfectus est crudelissime et insidiosissime circumventus in propriis aedibus suis a truculentissimis latronibus plus sex aut septem interfectus heri, seclusus infandum et crudele facinus, plusquam quadraginta vul-

neribus. Ita subito et fraudolentis insidiis ut nec ipse sibi, nec quisquam alias opem ferre potuerit. Ita ego misera vidua una eademque hora maritum dilectissimum et vestrum scrivitorem fidelissimum, salvum et incolumem mox mortuum, trucidatum et laniatum, et innumeris vulneribus lachrymosissimis oculis conspexi. O pietas, o iustitia, o fides. Ad haec insuper mala nunc et hoc accedit, quod neque sepultura dignus apud sacerdotes huius urbis habetur, nam neque precibus neque misericordia mei quemquam emollire possum misera, qui patrocinetur mihi. Haereticum fuisse clamitant, et hanc ob causam nullo sepulcro apud Christianos alios dignandum. Cuius sane criminis, Illustrissime Dux, et Clarissimi Patres, nemo illum convincere cum veritate potest. Nam et pietate et religione nulli fuit inferior quod omnes sciunt qui cum ipso commercium habuerint. Nam et litteras sacras et evangelia secundum Sanctorum interpretum expositionem Divi Hieronimi aliorumque legit et diligenter evolvit et liberos suos hic natos baptizari fecit in templo Sanctae Sophiae cum omnibus ceremoniis quae in sacro baptismate observari solent et eosdem rite christiano more ibidem postea sepelliri curavit. Cur autem non egressus in ecclesiam publice fuerit non ex contemptu factum est, sed quia sibi cavebat ab insidiatoribus, a quibus heu miseram me, miser tandem, ut semper timuit, oppressus est. Quare misera supplex confugio ad vestrae claritatis, et gratiae misericordiam, vestrum auxilium in summa mea calamitate imploro. Respicite miseram me et commiserescat vos viduitatis et solitudinis meae, subvenite inopi et desertae mihi. Aperite oculos et justissimas vestras mentes in meam calamitatem intendite, et viduae mihi affletissimae elementer succurrite. Neque sinite aut concedite per gratiam et piam misericordiam vestram ut preces meae et supplices libelli sint irriti. Non sinite spe mea et fiducia me frustrari. Solum enim auxilium a solis vobis implorare et sperare possum. Vestram pietatem et vestram misericordiam imploro. Deus qui viduis et orphanis iustissimos vos . . . constituit, ex alto vos respiciet et misericordiam vestram miserrimae et humillimae vestrae ancillae mihi.

MAGDALENA vidua relicta Michaelis 25*
Grysmeyri, servitoris et sti-
pendiarii vestri.